

5

GLYCERIO PONTIF

SVFFVSVS MINIO PERQ · OMNIA FACTA RVBESCENS
 GLYCERIVS VVLTVS SIC OCVLOSQ · TVLIT
 CANDENTEM CROCEA GESTANS ASPERGINE FRONTEM
 5 LAETA VERECVNDIS TINXERAT ORA NOTIS
 INDEPTVS SCEPTRVM TRIBVIT QVOD GESTAT IMAGO
 PVRPVRA QVEM MENTIS PRODIDIT IMPERIO
 HVNC HABVIT POPVLVS MODICO SED TEMPORE FELIX
 QVAE NIMIS EXCELLVNT OCYOR HORA RAPIT
 10 OBIIT XII KAL · OCTOBR · ANN · SAL · CCCCXX

5 'Ex vetusto libro Wolfgangi Lazii *cet.* [vide supra] epitaphium Glycerii episcopi Mediolanensis'.

GLYCERIVS FORMA VVLTVQ · ANIMOQVE SVAVI
 DVLCE SAPIT PRAESVL DVLICIA CVNCTA LOQVENS
 MANSVETVS SANCTVSQVE BONVSQVE BENIGNVS HONESTVS
 STABILIS ET CLARVS MAGNVS OPVMQVE DATOR
 5 NON ILLI SPECIES NON VIRES NON GENVS ALTVM
 60 VT POS PIETAS GRATA TVIT POPVLO
 HAEC DEDIT AVXILIVM HESPERIIS LIBIAEQVE PETENTI
 CREDITAQVE INVICTA EST DEXTRA MANVS FIDEI
 HAEC PROPE NAZARIVM PATRIS ALME SEDE FRVENTIS
 10 COMPOSVIT TEMPLO CORPVS APOSTOLICO
 DEPOS · XII · KAL · OCTOB

Fontana f. 34 sub Glycerio; is post hanc ponit recensionem Alciatinam, deinde tertiam praescribens 'versus S. Glycerii', quae videtur petita ex Ennodianis editis. — 7 HAEC] HAC margo. — 8 QVE] QVAE margo.

Alciatus in solo cod. Dresdensi l. 1 f. 150 adnotans: 'Glycerium, qui Ravennae a militibus imperator dictus est, a Nepote armis victum et Portuensem episcopum designatum Entropius auctor est. At coeteri omnes Salonae in Dalmatia sacris praefuisse aiunt. Nos certe et huius nominis antistitem habuimus, sive ille sive alius fuerit; vulgatum enim apud nos est Landriana familia ortum fuisse, carmen autem ipsum in eius statuam compositum potius haesitationem meam auget quam dilluat. Id Nazarii in templo hunc in modum legebatur'. — Est apud Ennodium *carm.* l. 2 ep. 82. 'Ex A. Alciati antiquario' Fontana f. 35.

6

LAZARVS VT DIRI PREMERET PEDE CVLMINA MVNDI
 VOCIBVS ACCITVS TRVX VENIT IN MEDIVM
 QVEM FRONS LAETA PARVM VITIIS DEPINXERAT HOSTEM
 MVLTANTEM CVLPAS LVMINIBVS TACITVM
 5 RESPICIENS LAPSVS DETERSIT NVBILA VITAE
 CVRAM SAEPE TVLIT VVLNERIS OBSEQVIO

CCCCXLIX · PREIDIE EID · MART

6 'Sequentes quattuor versus omiserat A. Alciatus'.

NON LATVIT SECTIS FACINVS QVI GESSIT IN ANTRIS
 ABSENS CRIMINIBVS SVTER VBIQVE FVIT
 INNOCVIS PLENA VERNABAT LVCE SERENVM
 CEV SPECVLVM NOXIS INIICIENS FACIEM

Fontana f. 46 sine dubio ex codice Lazii, non ex Ennodio edito.

Alciatus in solo cod. Dresdensi l. 1 f. 151 adnotans: 'Celebratur et apud nos Lazarus episcopus dicato ei non tumulo tantum, sed et templo, apparetque inde nostrates sacerdotes minus ad luerum avidos fuisse quam Massilienses, qui suum antistitem Lazarum nostro cognominem persuaserunt plerisque eundem esse qui mortuus a Christo domino nostro suscitatus fuit, et ut cathenati sunt rumores, Magdalenam, Martham, Annam cum municipiis suis dividerunt, cum tamen nullam huius rei fidem facere possint, et multa veterum argumenta stent contra. Obit hic noster pridie eidus Mart.' — Est apud Ennodium *carm.* l. 2 ep. 83. 'Ex antiquario A. Alciati' Fontana f. 46.

7

DEPOSVIT CORPVS TVMVLO SED LAVDE PERENNIS
 AVRELIVS COELI REGNA BEATA PETIT
 QVI MORTEM VICIT MERITIS MVNDVMQ · RELINQVENS
 IMMENSVM XPI POSSIDET IMPERIVM
 5 CVIVS VT AGNOSCAS SANCTAE PRAECONIA VITAE
 CONSORTIS LECTOR RESPICE ET ACTA VIRI
 AMBO PARI LVCIS CLAVSERVNT TEMPORE METAM
 MEMBRA DIONYSIO IVNXIT AMICA PAPAE
 PROMPTA SACERDOTIS MENS VT IVVET EXORANTEIS
 10 HANC IDEO TABVLAM DETVLIT EVSEBIA
 AVRELIVS CIVITATIS RIDITIONIS EPS
 HIC EO DIE POSITVS QVO ETIAM PONTIF
 SANCTISS · CONFESSORQ · DIONYSIVS POST CONS
 DOMIN DIVI LEONIS IVNIORIS

p. C. 475

Alciatus in solo cod. Dresdensi l. 1 f. 152 adnotans haec: 'In subterraneo divi Dionysii sacello, quod orientalis portae suburbanum est, altare marmoreis tabulis confectum stabat, in quo arca alia antiquissima sanctorum episcoporum ossa servabat, quae proximo bello intra urbem translata fuerunt, cum Germani milites etiam in ipsam aram saeviissent. In ea id carmen etiamnum legitur, post consulatum solius domini divi Leonis inscriptum: is fuit publicae salutis annus CCCCLXXVII. In Dionysii nomine licentia est non mediocris, quae tamen sic defendi potest, ut anapestum pro dactylo auctor carminis fecerit quod exemplo non caret Diōnῆ, et deinde per synaeresim sic monosyllabum posuerit, quae figura antiquis frequentissima est'. Extremis sublatis postea Alciatus substituit haec: 'sic defendi potest, ut Graeca licentia διωνίσω ἀντὶ τῆ διωνσίω dixerit, quo exemplo Silius Italic. Lib. III. Ac Nebrissa Dionysaeis conscia thyrsis. et ἀδελφον epigrammaton lib. III. Μορτάδα τὴν ἱεραῖς με Διωνίωσιν παρὰ ληνοῖς'. Repetivit Fontana f. 25' 'ex A. Alciati antiquario'. Ex excerptis Fontanianis edidit Biraghius *amico Cattolico* 1856 sem. 1 p. 536, item sem. 2 p. 127 ex codice Valerii Trivultiano, ex quo ego non enotavi. Valerius, si quid video, non ex lapide dat, sed ex schedis nescio quibus redeuntibus ad Alciatum Fontanamve. Cf. Rossi *inser.* chr. 1, 381.

2 fuit CELI. — 5 fuit AGNOSCIS. — 13 fuit SANTISS. — 13, 14 POST-CON-SOL-DIVI Valerius, si fides est Biraghio; CON-SOL fortasse in codice reperit Alciatus, cum in adnotatione eam lectionem sequi videatur.